



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Præbendis Et Dignitatibus. Titvlvs II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)



CLEMENTINARVM

LIBER TERTIUS.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM

TITVLVS PRIMVS.

CAP. I.

Punit clericos conjugatos, & alios personaliter & publicè carnisicum & tabernaculorum officium exercentes, qui per diocesanos nominatim & tertio muniti, illud officium non admittunt, vel dimissum reassumunt. Excitat etiam diocesanos contra illos clericos, qui seculares actus exercent. Joan. And.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Diocesani a locorum districtè precipuis, ut clericos carnisicum seu macelliariorum aut tabernaculorum officium publicè & personaliter exercentes, nominatim & tertio moneant, ut sic ab huiusmodi officiis intra convenientem terminum moneantur ipsorum arbitrio moderandum desistant, & quod ipsa nullo unquam tempore reassumant. Qui si aliter muniti, ab his non desisterint, aut ipsa (ut præmissum est) exerceant, reumpserint quodcumque, conjugati omnino, non conjugati vero in rebus: & si omnino incedant ut laici, in personis privilegium clericale, quamdiu præmissis infuerint, eo ipso amittant. Adversus vero alios clericos negotiorum vel commerciorum secularium, vel officiorum non convenientibus clericis proposito publicè insisteres, vel irrita portantes, sic canonica servare student infirmitas, quoad & ipsi ab excessibus compellantur huiusmodi & ipsi de damnabili circa hæc negligentia nequeant reprehendi.

CAP. II.

Præmissis exordis, punit, prima, clericos beneficiatos, utentes publicè virgata vel partita veste. Secundo, Subdiaconos, & Diaconos. Tertio omnes clericos, utentes publicè cum talibus vestibus portantes. Quarto, indignos dignitatem, personatum, beneficium curatum, & sacrosancti & religiosi publicè portantes talia vestimenta vel insulam. Quinto, punit omnes prædictos, utentes tabardo notabiliter brevi, integri foderato. Sexto, certis caligis clericis interdicit. Joan. And.

Idem.

Quoniam & qui abiectis vestibus proprio congruentibus ordini, alias assumere, & in publico portare rationabili causa cessante presumit, profectum illius ordinis prerogativa se reddit indignum; præfenti constitutione sancimus, quod quicumque clericus virgata vel partita veste publicè uteretur (nisi causa rationabilis subit) si beneficiatus extiterit, per sex menses à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, sit eo ipso suspensus. Si vero beneficiatus non fuerit,

in sacris tamen ordinibus extra sacerdotium constitutus, per idem tempus reddatur eo ipso inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum. Idem in hoc tenentur de clericis aliis vestem talem simul, & totidem publicè deferentibus clericalem. Dignitatem vero personalem seu beneficium aliud obtinentes, cui cura immixta immarum, necnon ceteri in sacerdotio constituti & religiosi quilibet, quos oportet per decem menses beneficii, motum intrinsicam honestatem ostendat, & postquam ex causa rationabili) publicè vestem præfatum, aut insulam seu pileum a iuramento præfatum in capite: sint eo ipso beneficii publicè a perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, suspensum per annum. Ceteri vero sacerdotis & religiosi quilibet, per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum. Sed tales & ceteri qui unquam clericum utentes episcopatum seu barbam foderatam usque ad ora, & ita brevis, quæ vestem inferior notabiliter videtur: episcopatum ipsam tenentur intra mensem dare panperibus. Ceteri vero religiosi administrationem non habentes, aut idem tempus illud tenentur suis superioribus allegacionem præfatis aliquos converterendum. Alioquin beneficii personationis, ceteri vero inhabilitatis poena: per aliam partem tempus se moverint incurrit. Hinc inferimus, quod si quis functioni, ut clericis, præfatum beneficium, caliginos, rubecis, aut vitidibus publicè non utatur.

DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS

TITVLVS II.

CAP. I.

Clausula inserta litteris gratiosi super dignitate, quæquam prævidetur mandatur, ut quicumque in ecclesia dignitatem vel personatum negligenter, vel per quoslibet rationem, sine dignitate: non facit electionem, etiam si electus fuerit, nisi inquam qui per electionem assumitur, & de hoc, &c.

a Vide conc. Trid. sess. 22. de refor. c. 1. & Bernardinum Diaz in pra. rim. can. c. 8. b Hanc constitutionem innovat & ampliat conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 6.

a Alpitium iurevotum. Clemens

Clemens V. in concilio Viterbiensi.
 Si dignitatem habenti de alia provideri mandem^a,
 dispensantes cum eo, ut simul utramque valeat re-
 tinere, de animarum cura, quae illis vel alteri ea-
 rum imminet non habita mentione, gratia huius-
 modi velut surreptitia nullius penitus est momenti:
 quatenus concessio super ea literis fit inferum, quod
 animarum cura (si dignitatibus ipsis vel alteri earum
 immineret) nullatenus negligatur. Ad hoc si alicui pro-
 videtur mandemus, de dignitate ad cuiuscunque vel quo-
 cuiuscunque collationem, provisionem, seu quamvis
 dispositionem aliam in certa ecclesia pertinente, quam
 iura mensura duxerit acceptandam: inhiibentes illi
 nullis, ad quorum collationem, provisionem, seu elec-
 tionem, dignitates in ipsa ecclesia pertinere noscuntur,
 necesse est, vel quemquam eligant, ad eandem de digni-
 tate, ad quam confluerit quis per electionem assumi,
 separatum non poterit provideri: cum in concessione
 praedicta (ad quam non augendam, sed exequendam de-
 beri, quae de inhibitione sequuntur, referri) nullam de
 dictione fecerimus mentionem.

CAP. II.
 Litterae super provisione clericorum non includant hospitalia,
 & hospitalia, & habentia iura spiritualia: nisi ad exprimat.
 h. h. an. ad.

Idem.
 Per litteras a sede apostolica, vel legatis ipsis super
 provisione quorundam clericorum directas, de re-
 ceptionibus, sepeliendis, elemosynariis, seu hospitalibus
 (tam in ecclesiis vel capellis, decimis, aut alia spirita-
 lia non notantur habere) nulli posse decernimus & pro-
 videmus. Nisi hoc in apostolicis literis caveatur expressis.

CAP. III.
 Super vacante dignitate, per receptionem alterius, vacant
 eam vacante.

Idem.
 Qui plures et obtinens dignitates, aliam dignitatem
 aut beneficium curam animarum habens acceptit,
 dispensatione super hoc legitime non obtenta: ejus pos-
 sessionem ad pacifice, dignitates, quas prius habebat,
 ipsi facto vacare censuimus.

Idem.
 Si quis dignitatem unam obtinenti alia similis con-
 feratur, eius pacifica possessione habita, prima de jure
 vacat.

CAP. IV.
 Vnde provisio facta proprio motu Papa sacentium beneficia provisio,
 quatenus sint, & quatenusque, hoc dicit. Ioan. Andreas.

Idem.
 Quod Romanus pontifex de beneficio alicui motu pro-
 prio provisit, de beneficiis, quae obtinet non habi-
 tum in manu, provisionem seu gratiam huiusmodi fore
 nullam declinamus: qualiacunque fuerint beneficia,
 dignitates, aut personatus, cum cura vel sine cura, & in
 toto quantumque ad, quae is habebat, cum sibi
 provisio facta fuit.

CAP. V.
 Beneficium impetratum, ad collationem Episcopi, devolutum ad
 alium capitulum, obtinere non poterit: devolutum tamen ad Epi-
 scopum, vel etiam ad Papam ex causa cuicunque negligentia poterit
 obtinere.

Idem.
 Qui de beneficio ad cuiuscunque Episcopi collationem
 petente alicui conferendo scribamus, sibi illud

a De mandato de providendo vide quod notissimum sanctus
 missum Tridentini, sess. 24. cap. 19. *b* Nota quod hoc verbum
 sua curam ius, & hoc tenet Zenz, de hoc, de iud. decernimus.
 Leland. c. Vide concil. Trident. sess. 7. de reform. c. 4. & sess. 4.
 in reform. c. 7. & al. quoscunque.

conferri non poterit, cuius collatio ex negligentia ipsius
 Episcopi, ad eisdem capitulum devoluta existit. Licet
 provideri sibi possit, de illo etiam, cuius ad ipsum Episco-
 pum ex fuit capituli vel alterius cuiuscunque, sive ad nos
 ex ipsius Episcopi, & aliorum in hoc eidem succedenti-
 um negligentia collatio fuerit devoluta.

CAP. VI.
 Adeptus in ecclesia dignitatem habentem praebendam ante-
 xam, praeterea praebendam, quam habebat in illa. h. d. Ioan.
 And.

Idem.
 Si iuxta nostri formam mandati canonicum & praebendam
 ecclesiae Rutenensis adeptus, dignitatem, quam duxerit
 acceptandam, ibidem expectet, archidiaconatum a
 iudici post vacantem, non obstante quod
 certa fit sibi annexa praebenda, poterit acceptare: pri-
 maque praebenda hoc ipso vacabit, quod serendum cum
 archidiaconatu praedicto pacifice fuerit affecturus.

**DE CONCESSIONE PRAE-
 bendae & ecclesiae non vacantis.**
TITVLVS III.

CAP. I.

Decretum conditionale ante conditionis eventum non effectus
 potestatem ordinari, vel alterius collata: factis quando ac-
 ceptionis beneficii tempore adiacet eum decreto. Et qui bene-
 ficium vacans, ad executionem peti vel recipi, aliud intelligitur ac-
 ceptasse: quod vacatio nisi dicitur expellenti, ex quo in loco bene-
 ficii publice fitur.

Clemens V. in concilio Viterbiensi.
 Vm b ei, quem in scientia reputamus idoneum,
 si per inquisitionem executoris sibi deputati a
 nobis repertus fuerit esse vita laudabilis, & con-
 versationis honestae, de beneficio certi valoris alicui
 provideri mandamus, adiacentes, quod de beneficio
 minoris valoris possit eidem, si voluerit, provideri, ac
 extunc etiam inane decernentes & irritum, si secus
 quoquam quavis auctoritate contingerit attentari. Quia
 decretum huiusmodi in eventum duntaxat praedicta-
 rum conditionum suum sortitur effectum: antequam
 extet prima conditio, beneficium praetaxati valoris, &
 etiam minoris, praequam suam impetrans super valo-
 re huiusmodi voluntatem declaret, conferri liberè po-
 terit per ordinarium, aut alium executores a nobis ad
 providendum de tali beneficio deputatum. Sicut autem
 fore censuimus, quam decreto apostolico alicui pro-
 videri mandamus de beneficio, quod intra mensem a
 vacationis ipsius notitia duxerit acceptandam: ut appo-
 sitio mensis eiusdem aliquid offerat impetranti. Quia
 etiam beneficium, quod acceptare poterat, perendo li-
 bi per suum executores conferri, aut recipiendi sibi
 praesentem collatum: ipsum ex hoc acceptare, & collatio-
 nem taliter sibi factam valere censuimus. Ceterum, ut
 non diuturnis vacationibus, quam fraudibus & litibus
 occurratur: praedicta vacationis notitiam impetantem
 interpretamur habere, ex quo ipsa vacatio in loco, vel
 ecclesia huiusmodi beneficii publice nota erit. Imputet
 quidem sibi si hoc casu, quo de ipsius commodo
 agitur, id quod per se, vel per alium
 scire poterit, igno-
 ravit.

a Nota quod archidiaconatus est dignitas, vide Doffor. in
 cap. de multa, de praeb. Archidiaconum, in cap. 1. de consuet. lib. 6.
 & Abbatem, in cap. novus, de iudic. *b* Nota quod prom-
 ptissimus ad beneficium, debet esse idoneus, de quo praeterea Doffor.
 hic vide Cuiuslibet in cap. si in tempore, de refer. lib. 6. & in cap. si
 cui, de praeb. ead. lib. Abb. in c. aduoc. de elec. & Fel. in cap.
 iud. de praesumpt.